

Hyperborei, orum. subs. m. pl. ETYM Hyperboreus, Ὑπερβόρειοι; uulgaris PAUL FEST 91. [FREQ humilis 24^{indicia} 1,5^{/d.c.m.} 65-54 CATULL] uocabulum scriptis technicis (geographiae, historiae naturali) pro rata parte aptum, minore numero scriptis litterariis solite prosa, narrando argumentando aptum, necnon textis lyricis, usu medio; inde a saec. I aec. dimidiato inuenitur et ad antiquitatis finem sic permanet; uocabulum magis technicum quam adi. hyperboreus uidetur.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	2	0,31
	lyrica	1	3,5
	narratiua	5	0,92
	exponens	16	5,4
DIACHRONICA	I aec.	2	0,7
	I-II ec.	9	2,3
	III-V ec.	13	1,5
DIAPHASICA	media	24	1,8
DIASTRATICA	litteraria	14	1,1
	technica	10	3,6
MODUS	prosa	22	1,6
	uersu	2	1

¶ **a** sub hoc nomine incolae regionis fabulosae in extremo terrarum septentrione sitae designabantur • bajo este nombre eran designados los habitantes de una región fabulosa situada en el extremo norte de la Tierra, los hiperbóreos [HYPER NOMEN gens^b] 65-54 CATULL 115.6. Mentula possidet prata arua ingentes siluas saltusque paludesque usque ad Hyperboreos et mare ad Oceanum? 386 AVIEN Ora 664. ut in supremos ignem Hyperboreos agat.

ii incognitae terrae incolae erant quae mentibus suis cum gentibus peregrinis necnon mythicis religata erat • eran los habitantes de una terra incognita, muy unida mentalmente a pueblos lejanos, si no míticos [DOM Arimphaei, Riphaeus] 44 MELA 1.12. ultra Amazonas ultraque eas Hyperborei esse memorantur. 44 MELA 1.13. super Amazonas et Hyperboreos Cimmerii. 79 PLIN Nat 6.35. Arimphaeos quosdam accepimus, haut dissimilem Hyperboreis gentem. 350 SOL 18.1. Hyperboreis similes dicunt Arimphaeos.

Borea in Thraecia regnante, hyperborei supra eam frigidam plagam habitabant meliore caelo • puesto que Boreas reinaba en la fría Tracia, los hiperbóreos habitaban la zona posterior, con mejor clima 44 MELA 3.36. In Asiatico litore primi Hyperborei super aquilonem Riphaeosque montes ... iacent. 79 PLIN Nat 6.55. gens hominum Attacorum, apricis ab omni noxio adflatu seclusa collibus, eadem, qua Hyperborei degunt temperie. 350 SOL 17.3. Hyperboreis de caelo magna clementia. 399 VIB SEQ 266. Hyperborei, Thraciae, ultra plagam aquiloniam.

sed eorum situs communiter uarius exstabat • pero, en general, su localización resulta caprichosa 79 PLIN Nat 6.34. ultraque aquilonis initia Hyperboreos aliqui posuere, pluribus in Europa dictos. 430 MART CAP 6.664. Iam nihil in Europa aestimo memorandum, quoniam et Hyperboreos sibi Asia uindicauit.

b cum Apolline deo maxime coniuncti erant, qui eam gentem obiisse dicebatur • estuvieron muy relacionados con Apolo, de quien se decía haber visitado aquel pueblo 45-44 CIC Nat deor 3.57. Apollinem quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse.

hyperborea Opis prima ex gente sua Apollini deo dona tulisse dicebatur • la hiperbórea Opis fue la primera en llevar desde su pueblo ofrendas a Delos en honor de Apolo 350 SOL 17.5. Hyperboreos aiunt ... solitos per uirgines probatissimas primitiua frugum Apollini Delio missitare; uerum hae quoniam perfidia hospitem non inlibatae reuenissent, deuotionis quam peregre prosequerantur pontificium mox intra fines suos receperunt. 11.858. Graeci enim tradunt amalophorous ex Hyperboreis ... ad Latonam uenisse.

c fortunata gens Hyperborei habebantur • se les consideraba uno de los pueblos afortunados 79 PLIN Nat 4.89. Pone eos montes ultraque aquilonem gens felix, ... quos Hyperboreos appellauere. 350 SOL 17.1. Hyperborei gens beatissima.

itaque sapientes ferebantur • como tales, sus habitantes eran sabios 429 MAR MERC Subnot 163a. aliquid ... a Brachmanis, Gymnosophistis, uel Hyperboreis, uel si quae sunt aliae gentes noti orbis sapientiores. 350 SOL 17.4. Hyperborei discordiam nesciunt, aegritudine non inquietantur, ad innocentiam omnibus aequale uotum. 430 MART CAP 6.664. Post eosdem montes trans aquilonem Hyperborei, apud quos mundi axis continua rotatione torquetur, gens moribus, prolixitate vitae, deorum cultu, aeris clementia, semestri die, fine etiam habitationis humanae praedicanda. 6.693. Hinc Attacenus sinus, Hyperboreis beatitate consimilis.

item longaeui erant, punctum uitae ponere scientes • y longevos, y sabían poner fin a sus días 350 SOL 17.5. Hyperboreorum quos satias uitae tenet, ... de rupe nota praecipitem casum in maria destinant. 11.858. PAUL FEST 91. Hyperborei supra aquilonis flatum habitantes dicti, quod humanae uitae modum excedant uiuendo ultra centesimum annum, id est ὑπερβαίνοντες ὄρον saeculi humani.

d inter alios Hyperboreos praeter Opim, Abaris uates fuit • entre los personajes conocidos como hiperbóreos, además de Opis, estuvo el adivino Abaris 380 HIER Chron Rom 2. Abaris Hyperboreanus ariolus agnoscitur.

quibusdam auctoribus nomen montis Palatini ortum a Palanto Hyperborea quadam habuit, quae, ab Hercule uiolata, Latini regis mater uel uxor fuit • según algunos, el nombre del monte Palatino procedía de Palanto, hija de un hiperbóreo, que, violada por Hércules, fue madre o esposa del rey Latino 350 SOL 1.5. a Palantho Hyperborei filia, quam Hercules ibi compressisse uisus est, nomen monti Palatio adoptatum. 11.853. VARRO Ling 5.53. Palatium alii a Palanto uxore Latini putarunt.